

SVITIVS
MUNICIPALITATIS
DE SANCTO MATRIMO
NII SACRAMENTO



1080045093

KBR3110
336
1605
A V T H O R E T H O M A S A N C I E S
Cordubensis Societate I. S. V.

3
In hoc tractatu totum continetur liber octavus de dispensationibus in matrimonii sacramento. Et nonnulla de his que ad hoc pertinent. Et nonnulla de his que ad hoc pertinent. Et nonnulla de his que ad hoc pertinent.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

132706

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALONSO DE BARRALBA
SINCE MICHELLEBADO 1585

LIBER OCTAVVS
DE DISPENSATIONIBVS.

PRO O E M I V M.



TRACTATVS hic utilissimus est, quod non reperitur ita continuatus apud Doctores, sed ex varijs locis petenda sint, quae dicuntur: cum tamen passim difficultates non exiguae circa dispensationes suboriantur. Cum autem dispensatio triplici nomine vitari possit: primo defectu potestatis in dispensante: secundo defectu causa: tertio defectu impetrantis: hunc ordinem sequemur. Primo loco, praemissa duplici disputatione de larga, vel stricta dispensationis, & potestatis dispensandi interpretatione, agemus de ijs, quibus dispensandi potestas conuenit: non quidem in vniuersum, peteret enim longiorem tractatum res haec, sed de ijs, qui in matrimonium dirimentibus dispensare possunt, & in votis, quae illud impediunt, praemissis aliquibus disputationibus generalibus, quae magis necessariae sunt, de dispensandi potestate. Secundo loco, de causa requisita ad valorem dispensationis, vel ut licite concedatur. Vbi & explicabimus causas sufficientes ad dispensandum in dirimentibus matrimonium, & votis, quae illud impediunt. Tertio loco de defectu ex parte impetrantis, eo quod veritatem raeat, vel falsitatem exprimat, aut careat mandato ad impetrandam alteri dispensationem: & explicabimus, quae necessario narranda sint in dispensationibus matrimonij. Quarto loco modos explicabimus, quibus dispensatio semel concessa extingui possit: vbi disputabitur, an morte concedentis, vel eius, cui expedienda committitur, aut cessatione officij: aut renunciatione impetrantis, aut unico usu, aut egressu territorium dispensantis, aut reuocatione per concedentem facta cesset: aut cessante causa concessionis. Demum explicabimus clausulas dispensationum, quae in foro interno, vel externo, circa vota, ac caetera matrimonij impedimenta, in curia Romana expediuntur: & cuius expensis impetrandae sint.

DISPVATIO PRIMA.

Quid sit dispensatio: & an late, potius ne strictè interpretanda sit:

SVMMARIVM.

Quod valter differat dispensatio, irritatio, abrogatio, derogatio, interpretatio legis: & dispensatio, ac privilegium: & an hoc casum exigat numero 1.
Explicatur definitio dispensationis, num. 2.
Dispensatio est strictè interpretanda, num. 3.
An beneficium Principis, & dispensatio sit late interpretanda, quando non cedunt in praedictum iudicium tertij, sed in concedentis praedicti.

Ccc cium?

ciunt? Et explicatur cap. olim. de verb. sig. nis. & l. beneficium ff. de constit. principio num. 4.

An dispensatio motu proprio concessa sit late interpretanda? num. 5.

Quanto cessatur motu proprio concessa? & an id possit testibus probari? num. 6.

An late interpretetur, quando est clausa in corpore iuris? num. 7.

An dum versatur circa iuris communis materiam, intelligatur iuxta illud? num. 8.

An licentia testandi committente, faciat testamentum illam precedens? num. 9.

An extendatur iuxta proprietatem verborum dispensatio? num. 10.

An extendatur ultra verba ex mente concedentis? & enodatur cap. porro, de privil. num. 11.

An extendatur, quia loquor in statuto, & reducit rem ad ius commune? num. 12.

Quid, quando non privatis, sed voti religioni conceditur? num. 13.

Quid de dispensatione causa studij ad non residendum? num. 14.

Quid, si dispensatio sit debita? num. 15.

An debeat intelligi iuxta materiam naturam, & ita ut non sit capiti? num. 16.

An licentia testandi ardeat ad prius testamentum? Referatur opinio. num. 17.

Propositor auctoris sententia. nu. 18.

An dispensatio extendatur ad connexa necessaria? & dispensatio in pluralitate beneficiorum, ad non residendum? & in orate ad curatum, ad non recipiendos ordines intra annum? num. 19.

Quid, si ea possint separari? & dispensatio ad non residendum, an extendatur ad fructuum perceptionem? num. 20.

Quid, si principale in quo dispensatur, obineat effectum, sed non late? num. 21.

An quando habet causam favorabilem, extendatur ad connexa separabile? num. 22.

Quid, si is cum quo dispensatur, sit tantum inhabilis ad accessorium ratione principalis? & an is cum quo dispensatur in orate ad ordines, habeat vocem in capitulo? num. 23.

An Episcopus ex dispensatione differens consecrari, retineat beneficium? num. 24.

An mittens subditum ab alieno Episcopo promovendum, censetur illi committere posse cum eo dispensare? Et explicatur Trident. sess. 23. cap. 9. de reform. an Episcopus potens initiare causam iustam ad esse, qua merito anam praebet, ut per gratiam, ac dispensationem relaxetur legis obligatio: qua relaxatio non est dispensatio? num. 25.

An dispensatio illegitimi ad ordines, vel ad

clericatum, sit ad omnes ordines? num. 26.

An ea extendatur ut capax sit beneficij? numero 27.

Quid, si ea dispensatio sit totalis? & quando sit facta censetur? num. 28.

An large interpretanda sit, quando conceditur a potente condere legem? num. 29.

An dispensatio ad matrimonium sit favorabilis, & amplianda? num. 30.

An in dispensatione valeat argumentum ab identitate rationis, vel a maiori ad minus? Referatur quadam sententia. num. 31.

Propositor sententia auctoris. num. 32.

An id argumentum valeat, quando dispensatio est favorabilis? Et enodatur cap. per venerabilem, qui sibi sunt legit. & cap. quod dilectio, de consang. num. 33.

An valeat, quando exprimitur ratio in ipsa dispensatione? num. 34.

Quid, quando minus in maiori includitur? numero 35.

Quid, quando dispensatio est a lege concessa? num. 36.

Quid, si maius & minus sint in eodem genere? num. 37.

An potens ex privilegio testari, possit codicillum, & donationem causa mortis facere? num. 38.

An concessio onerum extendatur ad laicicium? & concessio carnis ad vray? num. 39.

Questio haec potest disputari de ipsa met dispensatione: & de dispensandi potestate. In praesenti est sermo de ipsa dispensatione: & in sequenti disputatione inquiretur de dispensandi potestate. Praemitendum autem est differre dispensationem, interpretationem, irritationem, abrogationem legis. Nam irritatio est, legem impedire, & cassare, ne robur obligandi consequatur. Vt si legem a civibus constitutam, Principis confirmatione indigentem, ut obliget, Princeps minime confirmet, sed casset. Abrogare est, postquam vim obligandi adepti est, eam omnino cassare. Dispensare est, aliquem a lege eximere, casu quo ad illam tenebatur. Interpretari est, declarare eam vi obligandi carere in tali eventu. Quae interpretatio petit eum casum occurrere, ut in eo cesset omnino legis vis, ac obligatio. At dispensatio solum petit causam iustam ad esse, qua merito anam praebet, ut per gratiam, ac dispensationem relaxetur legis obligatio: qua relaxatio non est dispensatio, veris lex in coeuentu obli-

garet. Sic animadvertunt vniuersi, & specialiter Sorus lib. 1. de iust. quaest. 7. art. 3. columna 3. vers. quo haec autem. Azor lib. 5. institucionum moralium cap. 15. statim in principio. Differunt etiam derogatio, & abrogatio legis. Quod haec sit, cum legislator eam omnino cassat. Illa vero, cum ex parte legem tollit. Vt expresse habetur. l. derogatur 102. ff. de verb. signif. Quauis autem haec ita sint, aliquando dispensatio sumitur improprie pro iuris declaratione. Vt cap. Quinta octilis, de iureiu. & bene animadvertit Speculator. tit. de dispensatione §. dispensatio, paulo post principium. Differunt autem dispensatio, & privilegium, quia hoc sine causa concedi potest: quam tamen illa desiderat. Sic Rebuffus in concordatis, in forma mandati apostolici, super verb. dispensationum, vers. iusta dispensationis, Mandatus in praxi signatur verb. dispensationes vers. hic queri possent. Manucl. q. regular. tomo 2. quaest. 46. art. 2. At hoc caute intelligendum est, nam privilegium cum dicatur quasi lex privata, si proprie sumatur, est concessio contra ius, ac proinde idem quod dispensatio (vt bene tradit, Sylo. verb. privilegium quaest. 3.) qui bene subdit sumi aliquando large pro concessione praeter ius. Et in hac significatione acceptum differre a dispensatione modo explicato. Vt si Princeps concedat aliquid de ijs, quae sibi competunt, ut potestatem dispensandi, legitimandi, non erit propria contra, sed praeter ius, ac ideo id privilegium non exiget causam. At dispensatio semper exigit causam, ut pote quae semper est contra ius.

Definitur autem sic dispensatio. Est iuris relaxatio facta cum cognitione cause, ab eo, qui potest relaxare. Sic desiniunt Glossa cap. requiritis §. nisi rigor verb. vt pleriq; l. q. 7. Innoc. cap. dilectus num. 4. de tempor. ordin. & ibi Ioanni Andr. num. 6. Anton. num. 10. Abbi. num. 5. sine. Cardin. num. 2. q. 2. Bellemera num. 5. quaest. 2. Archid. cap. iher. canon. nu. 2. de elect. in 6. idem Abb. cap. 2. num. 4. de Schismat. & ibi Anan. num. 3. Imola. l. quidam consuebar num. 8. ff. de re iudic. Nauar. summa, praedictio 9. num. 19. Et ex Theologis, Quis 1. par. decisionum, lib. 2. cap. 31. num. 1. Manucl. q. regular. tomo 2. q. 46. art. 1. Sed haec definitio non praecisam dispensationis naturam explicat: sed etiam requisita vt licita fiat. Nam si legislator in sua lege dispensat absq; cause cognitione,

vera erit dispensatio, non tamen licita. Vt suo loco videbimus. Quare si praecisa dispensationis natura explicetur, sic definita est. Est iuris relaxatio a potestate relaxandi habente facta. Per illam particulam, relaxatio, differt ab interpretatione, abrogatione, derogatione, irritatione. (vt num. praecedenti diximus.) At illa particula, ab habente potestatem facta, explicat causam efficientem dispensationis.

Sit ergo conclusio. Dispensatio est adeo stricte interpretanda, ut si aliquid operetur, extendenda amplius non sit. Habetur expresse cap. 1. §. ille vero, de filijs presby. in 6. & ratio est, quia exorbitat a iure communi. Et suffragatur, quia lex, quae omnibus est aequa, si ius commune laedat, ipsum corrigens, est odiosa, & valde restringenda. regula, quae a iure, de regulis iuris, in 6. Nedom concessio, & dispensatio particularis ius ipsum violans, erit odiosa, & strictissime intelligenda. Et sic vniuersi Doctores animadvertunt.

Hinc deducitur intellectus ad cap. olim. de verb. signif. & l. beneficium ff. de constitut. Princip. ex quibus textibus constat beneficium Principis latissime interpretandum esse. Cum ergo dispensatio sit quoddam Principis beneficium, debet latissime interpretari: contra cap. 1. de filijs presby. in 6. Quidam hos textus intelligunt vel de privilegijs, quae solum sunt praeter ius: vel etiam de veris dispensationibus contra ius, quando in nullius praedictum vergunt. Quare sentiunt has esse lausissime interpretandas. Sic Speculator tit. de dispensatione §. vltimo num. 2. vers. quid si dispensatum est cum aliquo. Archid. cap. nos constituedinem, in fine. d. 12. & cap. quoniam num. 2. d. 69. Valacus consil. 60. num. 3. volum. 1. Verum merito hoc improbant Anton. cap. literas nu. 10. fine, & ibi Abb. num. 7. de filijs presby. Quod textus d. cap. 1. §. ille vero, eodem tit. in 6. eam solam restringenda dispensationis ratio nem reddat, quod a iure communi exorbitet. Et ideo optime Felinus cap. postulasti. num. 8. vers. vnde dicit, de resp. l. lason. d. l. beneficium num. 38. Nata consil. 163. num. 5. Brunorus in suo compendio, litera D. verb. dispensationes odiosa, asserunt stricte intelligendam dispensationem, quavis solum ius commune laedat. Item quia dispensatio illegitima ad ordines, nulli praeterquam iuri communi nocet, & tamen

valde restringitur. (vt plurimis allegatis dicemus num. 26.) Demum quia alias nullum esset discrimen inter ipsam dispensationem, ac potestatem dispensandi. Cum hæc quoque tantum late interpretetur, quando in nullius præiudicium cedit. vt dicemus disput. sequenti num. 3.) At omnes (vt dicemus ibi num. 1.) id discrimen constituant, vt illa strictè, hæc autem late exponenda sit. Quam ob rem legitimus eorum textuum intellectus est, vt intelligantur de beneficio Principis nil contra ius, sed solum præter illud cõcedenti. Id enim vt potè iuri non repugnans, est latissimè interpretandum. (vt diximus adhibentes exemplum num. 1. sine.) Secus vbi concederet aliquid contra ius commune: tunc enim esset vera dispensatio strictè intelligenda. Et id voluit breuiter Glossa finalis d. l. beneficium, dum subdidit legem communem debere præualere beneficio Principis. Et ita hõs textus explicant Glossa cap. ordinarij verb. dispensationes, de offic. ordin. in 6. Innoc. cap. quod dilectio, sine, de consang. & ibi Anton. nu. 9. Abb. nu. 7. Alex. de Neuo num. 7. Præpos. ad finem. Idem Anton. cap. olim no. finali, de verb. signif. & ibi Abb. num. finali. Imola cap. nonnulli, §. sanctetiam alij num. 3. de rescript. Bart. d. l. beneficium nu. 3. & ibi Iason. nu. 24. & 25. Decius consil. 32. & protenui. nu. 4. & 5. volum. Felinus proximè allegatus, & cap. finali no. 5. de Simon. Angelus verb. priuilegium num. 3. & ibi Sylu. q. 3. Armilla nu. 4. & 5. Tabiena. q. 3. nu. 4. Mandosius regula 23. cæciliaria. q. 4. nu. 6. Insuper quando beneficium est præter ius, debet latissimè interpretari, in solius Principis concedentis præiudicium. At in aliorum præiudicium, strictè. Sic Innoc. Alex. de Neuo, Præpos. proximè allegati. Iason ea. l. beneficium nu. 19. & 32. Angel. Sylu. Tabiena, quos proximè retuli. Quod intellige quando est graue præiudicium. Vt bene docent Glossa finalis cap. olim, de verb. signif. Archid. cap. quoniam num. 2. d. 69. Valascus consil. 60. num. 3. volum. 1. Præterea Iason d. l. beneficium num. 32. citatis Cyno, & Angelo limitat vt beneficium Principis, quod est solum præter ius, sit latissimè interpretandum, quod est concessum proprio Principis motu: secus si ad partis instantiam concedatur. Sed displicet hæc limitatio, eo quod nullum esset discrimen inter id beneficium, ac veram dispensationem. Cum hæc quoque latam in-

terpretationem habeat: cum proprio motu cõceditur. (vt dicemus num. sequenti.) Tandem si velis intelligere prædictos textus de quocumque beneficio Principis, quod est contra ius, atque ita est dispensatio, dic id late intelligi, vt est in concedentis præiudicium, quamuis strictè, in quantum derogat iuri communi. Et ita docent Abb. da cap. olim num. finali Milis in repertorio, littera D. verb. dispensatio num. 23. verb. dispensatio quatenus.

Hæc tamen conclusio aliquibus modis temperari solet. Primò, nisi dispensatio sit proprio Principis motu concessa ob publicam vtilitatem. Tunc enim amplè intelligenda venit. Quod dicitur verè Principis beneficium, ac omni ambitione vacans. c. si motu proprio, de præbend. in 6. ibi. *Que de nostra mera liberalitate processit.* Sic Anton. c. at si clerici, §. de adulterijs nu. 14. de iudic. & cap. cum in cõctis, §. cum verò num. 14. de elec. & ibi Host. nu. 29. Ioan. And. n. 18. Abb. n. 8. Decius in noua edict. nu. 14. Felin. e. postulasti. num. 13. limit. 6. de rescript. Rebuffus in cõcordatis, in forma mandati apostolici, super clausula, motu proprio, in 4. esse d. Superhilus de literis gratiæ tit. de vi, & effectu clausularum, §. quartò motus proprius n. 2. Alex. de Neuo cap. quia circa nu. 10. de cõsang. Borgosius de irregular. 2. p. tit. de interpretatione dispensationis nu. 23. Manuel. q. regular. num. 2. q. 46. art. 11. Sed contra hanc limitationem pugnare videtur doctrina Glossæ elem. per literas verb. directas, de præbend. dicentis motum proprium non efficere vt amplietur gratia, vel vis propria verborum. Quare Milis in repertorio, littera D. verb. dispensatio nu. 23. verb. dispensatio quatenus, ait hanc gratiam non late interpretandam, sed rati non nimis strictè. At bene Alexan. de Neuo proximè allegatus rem hanc explicat, sic intelliges hanc Glossam, vt motus proprius non ampliet vim verborum, nec faciat gratiam extendi vltra verborum naturam: bene tamen vt extendatur quatenus propria verborum significatio patitur.

Tunc autem solum dicitur gratia proprio motu concessa, quando Pontifex expresserit in literis dispensationis se proprio motu cõcedere. Vt expresse habetur cap. si motu proprio, de præbend. in 6. Cuius rationem reddemus disput. 4. num. 5. At quando Pontifex explicat se proprio motu concedere, dicitur motu proprio cõcedere, quauis constet eam ab imperante pa-

titam.

titam. Quia hæc non repugnat, sed significat Pontifex illis verbis, se non illa petitione, sed proprio motu ductum. Quod optimè tradunt Baldus cap. nisi num. 4. de officio legati. Decius cap. 2. in noua editione num. 23. de rescript. & consil. 51. nu. 3. volum. 1. & consil. 602. num. 2. volum. 5. Cardinalis consil. 96. paulò post principium. Rebuffus in concordatis, in forma mandati apostolici, super verb. motu proprio, verb. notandum est quod hæc clausula, & præxi beneficium de maioribus apostolicis, in clausulis mandatorum num. 21. Anastasius Germonius de indultis Cardinalium, §. nos itaque num. 5. Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria 3. casu 201. num. 79. vbi bene reprobatur Socinus Iuniorum consil. 77. num. 98. volum. 1. contrarium huius tenentem. Vnde inserte bene Rebuffus in dictis clausulis mandatorum num. 23. cum Glossa ab omnibus recepta. d. cap. si motu proprio verb. expresse, tunc non admitti volentem probare ad partis petitionem concessam esse gratiam. Tum quia esset Pontificem mendacii redarguere velle. Tum etiam, quia id nil emolumentum afferet. Cum hæc non repugnet. Et vt docet bene Rebuffus. d. forma mandati apostolici, loco allegato, eosdem terminos tunc operabitur effectus clausula, motu proprio, ac si pars non petisset. Rursus ex his inferitur, non posse testibus probari gratiam esse proprio motu concessam. Quia. d. cap. si motu proprio petitur vt ipsemet Pontifex in literis id explicet. At si scriptura perdat, potest testibus probari in ea scriptura fuisse clausulam, motu proprio, vt habeat effectum clausule motus proprii. Sic Francus cap. si motu proprio num. 6. de præb. in 6. Rebuffus in concordatis, in forma mandati Apostolici, super clausula, motu proprio, in vndecimo effectum, quem non habet illa clausula. Vnde dum Glossa eo. c. si motu proprio verb. expresse, ab omnibus recepta ait non posse testibus probari concessione motu proprio factam, intelligitur quando ea concessio non fuit in scripturam redacta, at semel clausula illa, motu proprio, posita in scriptura, potest per testes probari.

Secundo temperatur, nisi dispensatio sit in iuris corpore clausa: tunc enim cum censetur lex, non strictè interpretanda est, sed recipit omnem similibus legis extensionem, nempe, ad omnes casus, in quibus eadem, vel maior ratio inuenitur. Sic Oldradus consil. 9. num. 7. Antonius cap. olim num.

vltimo, de verb. signific. Felinus cap. postulasti num. 13. limitatione, §. de rescript. Gahula. l. 2. in principio num. 13. ff. de verb. obligat. Anastasius Germonius de indultis Cardinalium, §. nec non quarumcumque, nu. 17. Manuel. q. regular. tomo 2. q. 46. art. 11.

Tertio temperatur, vt quantus dispensatio sit stricti iuris, at quoties versatur circa iuris communis materiam, iuxta illud intelligenda est. Sic Abbas cap. quod dilectio, ad finem, de consanguin. Gambara de autoritate legati, lib. 10. num. 254. Angelus verb. matrimonium 3. impedimento 6. ad finem. Sylu. matrimonium 8. q. 6. sine. Veracruz 16. Specul. art. 44. pagin. 3. verb. respõdetur ex mente. Bartholomæa. de defima de matrim. dubio 3. 6. columna penultima verb. & annotato. Quia ratione asserunt hi Doctores dispensationem in tertio consanguinitatis gradu factam extendi ad fecundum eum tertio: eo quod computari debet iuxta cõmuni dispensationem, quod gradus computat iuxta eum, qui a stipite remotior est cap. finali, de consanguin.

Hinc efficitur vt licentia testandi concessa Episcopis faciat conualescere testamentum antea factum. Quia id non est extendere dispensationem, sed eam intelligi secundum terminos iuris, quod ad valorem testamenti etiam antea facti, solum peti iustitiam. Rursus de autoritate legati, libro 10. num. 256. & sequentibus, Anton. Gomez. l. 42. Tauri nu. 2. & multi alij, quos refert Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 4. l. 3. glossa 3. num. 4.

Quartò temperatur, vt intelligatur quando agitur de dispensationis extensione vltra verborum proprietatem: vnde ad comprehensionem secundum propriam verborum significationem, & naturam bene extenditur. Quod verba queuis late intelligantur, quatenus eorum natura petit. Vt notat Angel. l. finali, column. 2. verb. item opponitur ff. de constitut. Princip. dicens in eo euentu non esse extensionem: eo quod vis verborum illud importet. Et ad hoc est textus notabilis, quem ibi ponderat. Aretinus. l. cum lege. ff. de testam. & oprimè aduertit Abb. e. ex parte, l. 3. notabili 2. de decimis. Sic tenent Calder. consil. 11. statim in principio, de consanguin. Decius cap. ac si

clericis. 5. de adulteriis num. 169. 170. in noua editione, de iudicijs, & cap. se des num. 13. notabili. 3. de rescript. & regula semper in obscuris num. 11. vbi Cagnolus num. 2. ff. de reguliuris. Rebuffus praxi benefic. tit. de differentijs inter priuilegiu, & rescriptum numer. 8. Nauarr. cap. finali num. 5. & 6. in mon. & 6. in Leuitico, notabilia 11. num. 18. & notabili 34. numer. 4. Couar. 4. decret. 2. pari. cap. 8. §. 8. & lib. 1. variar. cap. 20. num. 7. & lib. 3. cap. 5. sine, vbi alios refert. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 24. num. 4. & cap. 30. num. 1. Manucl. q. regul. tomo 2. q. 46. art. 11. Sed quauis hac limitatio sit probabilis: non caret tamen difficultate, & ab ea merito recedunt Abbas. d. cap. sedes num. 2. & latissimè Gambara de auctoritate legati, lib. 10. num. 267. & sequētibz, vbi dicunt in materia stricta, qualis est dispensationis, verba non ita late accipienda, ac propria eorū significatio extēditur. Quia lex multoties restringit terminos, adinendo aliquid de latitudine proprii significati: quod est ali-quod strictè intelligi. Præterea quia dispensatio ad ordinē, non extenditur ad sacros: (vt cum plurimū dicemus num. 26.) eum tamen omnes sacri ordines comprehendatur proximè sub ordinibus: imò multò proprius quàm minores. Cùm satis controuersum sit, an ordines sint proprii ordines, & sacramentum. Quare (vt bene concludit Gambara num. 272.) potius est spectanda in dispensatione restrictio termini alio iure fieri solita, quàm eius proprietates item verisimilibz concedentis intentio, quæ ex rei qualitate apprehenditur, eò semper spectandò, vt minus lædatur ius commune, & ius tertii.

Et generaliter quoties constat de cōcedentis intentione, dispensatio extenditur ad id quod concedens intendit. Vt constat ex c. in his, de verb. significat. & c. 1. vers. ex parte verò tua, de concess. præb. in 6. ibi: *Ex quorum tenore liquido non potest q. talis circa ea fuerit intentio concedentis.* Quare dum cap. porro, de priuileg. deciditur à verbis, & tenore priuilegij non esse recedendum, intelligi debet, nisi aliud de concedentis mente cōstet. Atq; ita docent Glossa cap. super eo verb. intentionis, de offic. deleg. & cap. quanto verb. sola, de priuileg. vbi Abb. num. 3. Anchar. num. 4. Socinus cap. ex ore. num. 2. eodem tit. Archid. cap. seruantes 25. quæst. 2. num. 2. & cap. 1. num. 3. de concess. præb. in 6. vbi Francus. §. ex parte

nu. 2. & latissimè alios referens Tiraquel. l. si vnquam verb. libertis num. 55. & 56. C. de reuoc. donat. Parisius consil. 4. nu. 22. lib. 2. Capirius decisione 4. num. 21. Angelus verb. priuilegium num. 3. vbi Sylu. q. 3. Tabiena. q. 3. num. 4. Mandosius regula 17. cancellarie. q. 8. n. 3. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 30. num. 1. Manucl. regul. tom. 2. q. 46. art. 11.

Quintò temperatur, nisi dispensatio sit in priuato statuto, aut consuetudine populij, quæ erant iuri communi contraria: tunc enim amplè interpretanda est. Quia reducit ad ius commune, quod favorabile est. Quippe omnis intellectus, & lex correctoria, per quæ reducitur ad ius commune, favore continent, & extendi debent: tunc enim facile ad suam naturam redit. (vt probati ex multis, lib. 1. disput. 12. num. 2. in 2. ratione.) Et ideo hanc limitationem tradunt Anton. cap. olim nu. 6. & 7. de verb. signif. & ibi Abbas num. 5. Iafon. l. beneficium. num. 24. & 31. ff. de consil. Principum. Syluest. citato Ioanne Andrea eff. priuilegium. q. 3. conclusione 2. Mandellus consil. 724. num. 16. volum. 3. Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 30. numero 3.

Sextò temperatur, vt intelligatur de dispensatione, & priuilegio, quæ priuatis cōceduntur, ac priuilegia toti religioni concessa extendenda sunt tanquam favorabilia. Quòd summa sit ratio, quæ pro religione facit. l. sunt persone, in fine. ff. de relig. & sumpt. fun. Item quia cùm non vni, vel alteri personæ concedantur, sed toti religioni, aut cōmunitati in perpetuū, æquatur legi, ac perinde habentur ac si in iuris corpore inserta essent: sunt enim constitutiones perpetuæ. Sic Oldradus consil. 300. nu. 4. vers. considerandum est. Henriquez alios referens lib. 7. de indulg. cap. 22. nu. 3. & cap. 24. num. 4. sine.

Hinc deducitur dispensationem concessam ab Episcopo de percipiendis fructibus in absentia causæ standi, esse late interpretandam. Quòd non concedatur personæ, sed causæ, in qua vtilitas publica versatur. Sic Oldradus consil. 117. sine. Gambara de auctoritate legati, lib. 10. numer. 277. & 278.

Septimò temperatur, nisi dispensatio debita sit, eò quòd Princeps ob causam concurrentem teneatur dispensare. Tunc enim potius est fauor debitus causæ, & sic dilatanda est. Sic Gambara de auctoritate lega-

li. lib. 10. num. 274. Vnde insert num. 277. & num. 278. eas dispensationes, quæ sunt necessitate, vel vtilitate Ecclesie exigentibus, vel ex iuris debito emanantes, esse ampliandas. Quando autem teneatur Princeps dispensare, satis explicui lib. 3. disp. 10. à num. 2.

Octauò temperatur, vt non ita strictè intelligatur dispensatio, vt captiosa, ac illu-
1 soria reddatur ac à rei, in qua dispensatur, natura retrahatur. Argumento ex c. si ciuitas, de sent. excom. in 6. Quia priuilegiu debet intelligi iuxta materia, in quam cadit naturam. l. in contrahibus. §. finali. C. de non numer. pecun. & l. si vnus. ff. locati. Et constat ex exemplo, quòd in sequenti adhibebo. Sic docet Sarmiento de redd. Ecclesie. par. 2. cap. 4. num. 3.

Hinc deducitur decisio illius quæstionis, an licentia testadi concessa monachis, vel Episcopis per Pontificem, ac tunc reuocent, nequeant postea secundum consuetudinem extingui primo testamento condito: atq; adeò iuxta hanc sententiam dicendum est, secundo postea confecto præualere primum: eò quòd secundum ex potestatis defectu vim sortiri nequeat. Duceuntur, quòd ea testandi facultas sit dispensatio quædam immutans bonorum Ecclesiasticorum naturam, & institutionem: ac proinde tanquam odiosa, restringenda sit. Deinde, quia sermo simpliciter prolatus maxime in odiosis, de prima vice intelligitur. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. Et ita sustinent Decius consil. 512. num. 10. volum. 4. Socinus Junior consil. 89. num. 24. & sequentibus, volum. 3. dicens sic respondisse inquisitiones insuperitis quæstione hac agitata. Tiraquel. d. l. boues. §. hoc sermone, in principio num. 128. vers. 88. Curtius Junior consil. 178. ad finem. Couar. cap. cùm in officijs, in priori editione num. 8. de testam. Burfatus consil. 30. num. 56. volum. 1. & in quodam simili tenet idem, Gregor. Lopez. l. 32. verb. non valdra quæst. 17. in fine tit. 9. par. 6. dicit enim facultatem instituenti maioratus reuocabilis extingui primo actu, ac proinde eò reuocato non esse integrum reuocant alium instituire.

At longe probabiliss est, eam facultatem non extingui primo actu, sed virtute illius licere toties, quoties liberit, testamentum facere vsq; ad mortem, ac prius factum reuocare. Quia non est ea dispensa-

tio ita strictè interpretanda, vt reddatur illu-
soria, ac contra testamenti naturam, quæ est vt vsq; ad mortē reuocari possit: adeò vt nullam legem cōtra hoc vbi testans imponere valeat, quin ab ea tanquam testamenti nature contraria recedere liceat. l. si quis in principio. ff. de legat. 3. Præterea quia. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. decidens sermone simpliciter prolatum intelligi de prima vice, intelligitur, nisi aliud sit suapte natura reuocabilis (vt alios referens tradit ibi Tiraquel. limitatione 17. num. 1.) Et ex his manent soluta fundamenta contraria. Et ideo hanc partem teneatur Nauar. tractatu de redd. Ecclesie. quæst. 3. num. 23. & 24. & in apologia de redd. quæst. 3. monito. 9. num. 3. Albanus tractatu de Cardinal. quæst. 48. Couar. recantans palinodiam cap. cùm in officijs num. 8. in potestiori editione, de testam. Peralta. l. liquis in principio num. 94. ff. de legat. 3. Tello. l. 35. Tauri num. 1. & l. 4. à num. 6. quauis num. 13. cogitandum relinquar. Molina lib. 2. de primogen. cap. 11. num. 45. & latissimè probans Sarmiento de redd. par. 4. cap. 4. num. 3. Martinezo lib. 4. Recopil. tit. 4. §. glossa 3. num. 5. & l. 9. glossa 1. num. 3. Ferrerius consil. 113. in principio, volum. 1. Hieronymus Gabriel consil. 83. à nu. 27. volum. 1. Barbosa. l. diuortio 8. §. quod in anno num. 19. ff. solut. matrim. Ceruantes. l. 4. Tauri num. 80. Et ex Theologis, Molina tomo 1. de iust. tract. 2. disput. 141. ad finem. Manucl. quæst. regular. tomo 3. quæst. 69. art. 5. Et in simili, nempe, in facultate regia ad instituentium maioratum reuocabilem, tradunt dicentes eam non extingui primo actu, sed posse semper reuocari primum, & alium institui. Gregor. Lopez sibi contrarius eadem. l. 32. verb. non valdra. quæst. 21. tit. 9. par. 6. Molina. d. capitul. 11. numer. 45. Ceruantes. d. l. 4. num. 83.

Nonò temperatur, vt dispensatio non ita strictè intelligatur, quin ad necessariā, & inseparabiliter cōnexa extēdat. Quod vniuersaliter fatentur, ne dispensatio suo effectu frustretur. Hinc dispensatio ad plura beneficia, extenditur ad licentiam non residendi in vtroq; sed in solo altero. Vt bene docent Glossa cap. non potest verbi retinere, de præb. in 6. & cap. si quis in cle-
1 ro verb. solemnibus 7. quæst. 1. & ibi Archid. sine. Glossa cap. quia in tantum verb. plures, de præb. & ibi Abb. num. 4. Ripa cap. ad aures num. 43. de rescript. Iason. l.

beneficium. nu. 45. ff. de cōstit. Princip. Felinus. cap. at si clerici. §. de adulterijs. num. 17. de iudic. & cap. finali. nu. 5. de Simon. & cap. postulasti. nu. 10. de rescrip. Probus ad dit. ad Monachum. c. vnico. nu. 10. de aetate. & qual. in 6. Euerardus loco à ratione legis larga. nu. 36. fallentia. 11. Gábara de auctoritate legati. lib. o. nu. 230. Angelus. verb. dispensatio. nu. 9. vbi Sylu. q. 5. nu. 9. Mandosius regula 20. cancellariæ. q. 7. nu. 3. Borgasius de irregul. 2. p. tit. de interpretatione dispensationis. nu. 4. Sayro thesauro casu. tomo 1. lib. 7. c. 14. nu. 21. Simili ratione si dispensetur cū minori, vt beneficium parochiale habeat, dispensatur cōsequēter ne teneatur intra annū ad Sacerdotiū promoueri: & sic euitet penam statutā. c. licet canon. de elect. in 6. contra eū, qui cūm benedictum parochiale habeat, nō promouetur intra annum. Et ratio est, quia aetate in qua secum ad id beneficium dispensatur, nequit ad Sacerdotium intra annum transire. Sic Anton. d. c. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 14. Abbas proximè allegatus. Felin. d. cap. finali. nu. 5. & alios allegans. dicit. cap. postulasti. nu. 10. Decius. c. cum in cunctis. §. cūm verò, in noua editione. nu. 13. de elect. Milis in repertorio, litera D. verb. dispensatio. nu. 23. vers. dispensatur, vt nō obstante. Gábara dicit. lib. 10. num. 232. Borgasius dicit. tit. de interpretatione dispensationis. nu. 5.

20 At quando accessoria sunt à principali separabilia, ita vt dispensatio super principali imprimat suum effectum absq; ea extensione, non extenditur ad ea accessoria. Quòd dispensatio strictè intelligenda sit. Et facit. l. finali. §. Lucius. ff. de condi. indeb. vbi restitutio in integrum concessa minori fauore aetatis super contractu rescindendo, nō extenditur ad accessorium, id est, ad vtras solutas. Et ita docent vniuersi. Vnde dispensatio ad non residendū minimè extenditur ad fructuum consequentiam, qui ab absentibus perdūt. Quia hæc possunt separari. Sic Anton. cap. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 14. de iudic. & ibi Felin. num. 17. vers. 2. fallit. & cap. postulasti. nu. 10. de rescrip. Milis in repertorio, litera D. verb. dispensatio. nu. 23. vers. dispensatur vt possit. Lapis allegatione 57. ad seruandam. num. 7. Gábara de auctoritate legati, lib. 10. nu. 242. Brunorus in suo compendio, litera D. verb. dispensatio est de lege iurisdictionis. Quòd si quaras, cui vsui sit ea dispensatio? Respondeo, ne

is priuetur beneficio, ob residentia defectum.

21 Imò nec extenditur ad ea annexa separabilia, quoties id super quo principaliter dispensatur, potest sortiri effectum, licet non ita plenè, & facillè, sicut id accideret, si esset dispensatum super antecedenti, & consequenti. Sic Felinus dicit. §. de adulterijs. nu. 16. & ibi Aretinus num. 36. Idque probant ex Bartoli, & Baldi doctrina.

22 Limitat tamen hoc Bald. l. & si seuerior. num. 19. C. ex quibus causis infam. irrog. quantum satis subobscure, nisi dispensatio habeat causam fauorabilem. Quia tunc trahitur ad consequens separabile, & sine quo dispensatio super principali stare potest: per illum textum, vbi iudex dispensando super pena, censetur dispensare super infamia. Sed meritò hanc limitationem reprobat Aretinus cap. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 36. de iudic. & ibi Felin. num. 16. fallentia 2. Quia in eo textu nullatenus poterat remota principali stare accessorium: remota enim pena imponenda pro crimine, mitigatur causa poenæ, nec delictū ita atrox est, ac illud quòd infamiam meretur: & proinde tollitur infamia tanquam necessariò coniuncta atrocitati delicti.

23 Tempera tamen, vt dispensatio non extendatur ad connexa separabilia, vt intelligatur quando is, cum quo dispensatur in principali, erat etiam inhabilis ante dispensationem ad connexum, ad quod extendenda est. Secus quando non erat inhabilis ad accessorium, sed ad solum principale, & quia circa principale impeditus erat, erat quoque; consequenter circa accessorium: tunc enim remoto defectu à principali per dispensationem, cōsequēs, & accessorium liberum erit ab omni macula: & sic poterit vtrūque; exerceri. Sic Felin. c. postulasti. nu. 11. vers. ista & his similia, de rescrip. id colligēs ex Glossa. c. statutum, in principio. verb. dignitate, in fine, de rescrip. in 6. idem allegatus Dominico, & Præposito Couarr. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 10. sine. & ponit exemplū Felin. vt elem. 2. de aetate. statuitur ne canonicus vocem habeat in capitulo, donec subdiaconus sit. & Clem. 3. eod. tit. præscribitur aetate ei ordini assumendo necessaria. Quare eam aetatem nondum nactus est vocis in capitulo incapax, nō per se, & principaliter ratione defectus aetatis, sed ratione defectus ordinis eam aetatem

poscen-

24 poscentis. Si ergo Pontifice in etate ad subdiaconatum peuita dispensante, is fiet subdiaconus, vocem quoque; haberet in capitulo.

24 Ex diāis inferunt aliqui, dispensationē concessam Episcopo vt ultra tres menses iure præscripto consecrationem differat, non extendi ad retentionem beneficiorum, quæ à consecrationis die vacare debebat. cap. cūm in cunctis. §. cūm verò, de electio. Quòd hæc non sint ita connexa, quin separari possint. Sic Innocent. cap. de multa num. 2. verb. sed quid si ex dispensatione, de præbend. & capit. cūm in cunctis num. 3. vers. item & quando, de elect. Monachus. cap. si grato se. nu. 4. de rescrip. in 6. Host. d. cap. cum in cunctis nu. 16. Ioann. Andr. nu. 18. Anastasius Germanius de indultis Cardinal. §. si verò illa nu. 2. Limitat hoc Host. & Ioan. Andreas, nisi dispensatio illa sit proprio motu concessa. At dicendū est, nullatenus ea beneficia vacare. Quòd vacatio illa sit inseparabiliter coniuncta dilatori culpabili consecrationis: quare eò ipsò quòd dilatio culpa vacat ratione legitime dispensationis, extenditur quoque; dispensatio ne vacent beneficia, tãquam ad cōnexum inseparabile. Et confirmatur, quia ipsemet Innoc. d. cap. de multa nu. 2. ab omnibus receptis fateor non vacare beneficia, consecratione dilata, ratione morbi Episcopi: vt pote, quæ culpa impunis est. At non minus culpa caret quando ex dispensatione legitima differunt. Quare si propriè loquendū sit, non est hæc dispensationis extensio, nec ex tali extensio cessat beneficiorum vacatio: sed quasi cessante culpa, quæ eius causa est. De mum idè constat ex c. cūm ex eo, de elect. in 6. vbi deciditur parochum, cum quo dispensatum est ne intra annum promoueat, non incurrere penam amissionis beneficij in eo textu statutam. Atque ita docent Anton. c. cūm in cunctis. §. cūm verò, de elect. n. 14. & ibi Abb. n. 9. Decius in noua editione nu. 14. Felinus cap. postulasti nu. 13. limitatione 6. de rescrip. Rebuffus praxi beneficiorū tit. de dispensatione ad plura beneficia nu. 74. Euerardus loco à ratione legis larga nu. 36. fallentia 11. Gábara de auctoritate legati, lib. 10. ad num. 249. ad 254. Sayro Thesauro casuum 1. tomo, lib. 7. cap. 14. num. 21.

25 Secundò ex his aliquis inferet, dum Prælatus religionis, aut Episcopus mittit subditum ab alieno Episcopo ordinibus ini-

tandum, censeri subinde eum vices suas committere illi Episcopo, vt dispenset cū illo in irregularitate, aut quouis alio impedimento, in quo potest proprius Prælatus dispesare. Quòd concessio aliquo cōcedatur subinde cōcessa ea sine quibus id expediri nequit, cap. præterea, de offic. deleg. l. 2. ff. de iurisd. omni. iud. Et dispensatio in principali extenditur ad accessorium, sine quo consistere nequit. (vt numer. 19. diximus. At promotio ad ordines fieri nequit eo impedimento non sublato. Ita docent Angelus verb. irregularitas num. 34. & ibi Sylu. quæst. 9. num. 11. sine. Armilla num. 81. Henriquez lib. 14. de excommunic. c. 17. num. 4. ad finem: qui hoc limitat quando id impedimentum denudò occurrit, aut denudò in mentem venit. Sed non caret magna difficultate doctrina hæc, & potius opposita placet. Quia Nauar. lib. 1. consil. tit. de tempor. ordin. 1. editione, toto consil. 26. & 27. in 2. toto. consil. 12. & 13. Manuel 2. tomo summa cap. 14. num. 10. conclusionem 10. Petrus de Ledesma summa Sacram. vbi de Sacram. ordinis cap. 8. post §. conclusionem, columnam 19. defendunt Episcopum cui Tridentinum f. 23. cap. 9. de reformation. concedit posse initiare suum familiarem triennem, non posse cum eo dispensare in intersticijs, nec in defectu natalium ad ordines minores, vt potest proprius Episcopus. Ducitur, quòd sublato vno impedimento non censetur alterum distinctum sublatum. cap. ex ruerum, de vsu, & auctor. pallij. l. si domus ff. de seruit. vrbani. At in hoc euentu duplex impedimentum occurrit, alterum defectus subiectionis ad ordines: alterum irregularitatis. Sublato ergo priori per initiandi licentiam, non auferunt posterius. Secundò, quia à separatis non fit latio cap. ad audientiam, de decim. l. Pappianus. ff. de minoribus.) At potestas dispensandi, & initiandi separata sunt. Tertio, quia dispensatio non extenditur ad connexa sine quibus potest consistere. (vt numero 20. diximus.) At potestas initiandi potest consistere absq; potestate reddendi initiandum habilem ad ordines: vt potest, quæ intelligitur, si ille alijs habilis sit, vel à legitimo superiori impetret dispensationem in ea inhabilitate. Demum quia nemo afferet Sacerdotem, cui delegauit Episcopus, vt aliquos matrimonio copulet, posse cum illis dispensare in matrimonij impedimento, in quo

posset

posset Episcopus: ut in voto non nubendi. Et ex his manet argumentis contrariis satis factum. Alia tamen ratione censeri posse Episcopo optum cum eo familiari dispensare in interdictis, & quacumque irregularitate. Quod ad id habitatio maioris partis anni sufficiat: ut late probavi lib. 3. tota disputat. 23. & post ibi scripta reperit idem tenere Emmanuelem. Sa summa. verb. Episcopus. num. 3. 6.

26 Tertio deducitur, quid dicendum sit de illegitimo, cum quo dispensatur ad ordines, vel ut clericus fiat? Philippus relatns ab Antonio. cap. literas. num. 10. de filiis presbyr. censet dispensationem hanc extendi quoque ad ordines sacros. Quia si restringenda sit, id erit ad primam tonsuram. Quod aduersarij negant. Et Suarez de censuris, disputat. 1. sectione 3. num. 3. ait difficile esse vniuersaliter acceptare hanc regulam, vt ea dispensatio intelligatur ad solos ordines minores. Quia in his rebus indefinita aequi potest vniuersali, vnde ait iuxta materiam subiectam, & maxime iuxta receptum verborum sensum, & vltimam particulam iudicandum esse. At dicendum est, eam dispensationem de solis ordinibus minoribus intelligi. Quod cum stricte interpretanda sit, satis est, vt in minoribus ordinibus suum effectum fortiat. Nec tamen ad primam tonsuram restringitur, quia aliquid beneficij habet, & permissio in genere mediocritatem respicit. I. finali. §. i. C. communia delegat. & l. legato generaliter ff. de legat. 1. At ordines minores medij sunt inter primam tonsuram, & sacros. Et ideo huius sententia videtur Glossa. cap. finali. verb. ad omnes, de filiis presbyr. in 6. vbi ait caute in eo textu dictum esse, si fuerit cum illegitimo dispensatum ad omnes ordines, addito eo signo vniuersali. Et id tenet ibi A. rehid. paulo post principiu, colligens id ex eo textu, ne redundet particula, omnes. Et Francus ibi. nu. 4. ait hoc esse tutius, quod eiusdem verbis ait Glossa finali. cap. literas, de filiis presbyr. Et id affirmant Speculator tit. de dispensatione. §. vltimo. num. 2. Goffredus summa. tit. de filiis presbyr. num. 8. & ibi Hostiens. §. quis possit dispensare. nu. 8. vers. quid si dispensetur, & d. cap. literas, in fine, & ibi Innoc. sine. Vincentius, Laurentius, & Tacerdus, quos refert, & sequitur Ioann. Andr. ibi, sine. Anton. nu. 10. Abbas. nu. 6. Ancharr. sine. Cardin. sine. Bellemera nu. vltimo. idem Abbas. cap. si quisquam. nu. 5. de cohabit.

cleric. Felinus. c. postulasti. nu. 9. statim in principio, de rescriptis. l. 1. beneficium. nu. 42. ff. de constit. Principum. Rebuffus praxi benefic. tit. de dispensatione super defectu natalium. nu. 47. Angelus. verb. priuilegium. num. 3. & verb. clericus. r. nu. 3. Syluest. verb. priuilegium. q. 3. & verb. clericus. 2. quaest. 4. Armilla. verb. priuilegiu, nu. 4. & verb. clericus. nu. 4. Tabicna. verb. priuilegium. q. 3. nu. 4. & verb. clericus. 2. sine. Maiolus lib. 1. de irregular. c. 8. nu. 6. Villadiego tractatu de irregular. c. 1. §. vbi de dispensatione irregularitatis cum illegitimis. vers. hinc est, quod si dispensatur cum laico. Astenis. 2. p. summa, lib. 6. tit. 22. art. 4. q. 6. Antonius Cucus lib. 4. Institutionum maiorum. tit. 12. n. 3. Borgafius de irregular. 2. p. tit. de interpretatione dispensationis. num. 22. Et ex Theologis Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 3. o. num. 2. & lib. 14. de irregul. c. 8. nu. 10. Emmanuel Sa summa. verb. dispensatio. nu. 13. Sayro thesauro casuum. tomo 1. lib. 6. c. 11. num. 19. Intellige tamen, nisi sit illegitimus esset in minoribus constitutus, tunc enim ne dispensatio frustranea sit: & vt verba aliquid operentur, iuxta cap. si Papa, de priuileg. in 6. intelligitur de sacris. Ita Hostiens. c. literas, sine, & ibi Anton. nu. 10. Abb. nu. 6. Bellemera. nu. finali. qui bene hoc intelligit, quando Pontifex dispensans norat illegitimum esse in minoribus constitutum. Nam si id ignoraret, non est cur eius mens praesumatur esse dispensare, vt ad sacros ordines promoueat virtute eius dispensationis: quae ex se solos minores ordines comprehendit. Et existimo dispensationem eam Pontificis, vt illegitimus, quem minoribus initiatum nouit, ad ordines promoueat, intelligi de omnibus sacris. Quod non praesumatur mens Pontificis esse, vt ille per subdiaconatu maneat mutandi status incapax, nec vterius possit ascendere. Tandem quauis dispensatio illegitima esset ad omnes ordines, fatentur aliqui de solis minoribus intelligi. Sic falso allegatis. D. Antonino, & Syluestro tenent Maiolus, & Sayro proxime allegati. Henriquez lib. 1. 4. de excom. mun. c. 8. nu. 10. At eam dispensationem ad omnes sacros ordines porrigi, iure optimo supponunt Glossa. c. fin. verb. ad omnes, de filiis presbyr. in 6. dicens caute addi in eo textu particulam, omnes. Et Dominicus ibi. nu. 8. dicens vtile esse adijci. Et Archid. ibi paulo post principiu dicens ea particula vniuersali non addita minime prodesse dit-

27 pensationem ad ordines sacros. Et constat, quia si adiecta particula, omnes, ad solos ordines minores extenderetur, cum idem sit ea non apposita (vt diximus) redundaret. vtiq. Cum tamen nec illa syllaba in decretis Pontificis superflua esse debeat. Vt probauit lib. 3. disputat. 46. num. 6. Quarto deducitur, quauis dispensatio illegitima ad ordines, non extendatur, vt beneficij parochialis capax sit: eo qd haec separabilia sunt: extendi tamen, vt beneficij simplicis capax sit. Ita docet Anton. dicens sic seruari. c. postulasti. nu. 10. de rescript. & ibi Imola nu. 4. Felin. nu. 10. & c. fin. nu. 5. de Simon. Anchar. c. fin. nu. vnicio, notabili 1. de filiis presbyr. in 6. Milis in repertorio. verb. dispensatione. nu. 2. vers. dispensatus ad ordinem. Borgafius de irregul. 2. p. tit. de interpretatione dispensationis. nu. 7. Emman. Sa summa. verb. dispensatio. nu. 14. Sayro in thesauro casuum. tom. 1. lib. 6. c. 11. nu. 22. At hoc ita vniuersaliter dictu non placet. Et contrariu significat Rebuffus praxi benefic. tit. de dispensatione super defectu natalium. nu. 48. dicens dispensationem illegitimam ad sacros ordines non extendi ad beneficium. Et Suarez de censuris, disputat. 41. sectione 3. num. 3. sine, vbi ait dispensationem ad omnes ordines si aliud non addatur, non necessario includere dispensationem ad beneficia, praeterim illa, quae prelationem, vel iurisdictionem habent. Quia haec non necessario conexa sunt. Sed sic distinguendum credo: si dispensetur cum illegitimo ad omnes ordines, quo casu dispensatur etiam ad sacros (vt diximus num. praecedenti) redditur subinde beneficij simplicis capax: secus si ad ordines dispensetur, non addita particula vniuersali, quo casu ad solos minores ordines, promoueri potest, nisi sit iam ad illos promotus, idq. Pontifex dispensans norit (vt nu. praeced. dixi) & in hoc casu etiam redditur beneficij simplicis capax, vt potest cum quo dispensatur ad ordines sacros. Da ostresq. allati in hoc solo casu, quo dispensatur cum illegitimo ad ordines sacros, videntur aperte loqui. Quia id probant ex. c. acceptimus, de arat. & qualiter. vbi cogitur Episcopus promotus ad sacros ordines absq. titulo conferre beneficium. At promouus ad minores nullo eget titulo. Quare licet ordines sacri, & beneficium simplex diuersa sint, sunt tamen annexa quali inseparabiliter. Cum no deceat quempiam ad sacros ordines promoueri absq. beneficij titulos idq. prohibuit

Trid. sc. 2. cap. 2. de reform. quauis promouendus, patrimonium, aut pensionem habeat, nisi quasi dispensatiue ratione necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiae.

28 Haec tamen dicta sunt, quando no absolute dispensatur, cu illegitimo in irregularitate, sed cu addito, vt ad ordines, vel ad beneficium simplex. Secus autem est, quado absolute, & sine addito dispensatur. Nam tunc signum est dispensationem esse totalem. Tam, quia verba absoluta integram absolutionem important. Tam etiam, quia non est cur ea dispensatio ad vnum potius, quam ad alium effectum protrahatur: nisi vbi facultas dispensationis coarctata esset: tunc enim dispensatio adaequabitur potestati. Ita Suarez de censuris, disputat. 41. sectione 3. num. 3.

29 Decimo temperatur principalis conclusio, vt dispensatio stricte intelligatur quando fit ab inferiori, qui legem condere nequit: secus si fiat a legislatore. Quia cum dispensatio dicatur quodam lex priuata, merito extenditur attentata dispensationis potestate. Videtur enim quasi coedere priuata legem, & consequenter aptam ad recipiendam extensionem, qualem lex comunis fauorabilis recipit. Sic Aretin. cat. si clericus, §. de adulteris. nu. 33. & 34. de iudic. Sed merito hanc limitationem rejicit Felin. c. postulasti. nu. 9. de rescript. Quia nulla comoda differentia ratio potest assignari inter vtraq. dispensationem, vt altera restringatur, altera vero ampliari debeat. Deinde, quia cap. finale. §. ille vero, de filiis presbyr. in 6. expresse decidit dispensationem illegitimam a Sede Apostolica concessam restringi: eo quod a iure communi exorbitet. Tandem, quia lex etiam generalis si iuris communis sit correctoria, restringitur regula, quae a iure, de regulis iuris in 6.

30 Vltimo temperatur, nisi dispensatio sit in causa matrimoniali. Quippe ea fauore matrimonij extenditur: nisi scandalum ex larga interpretatione sequatur. Sic tradit Milis in repertorio. litera D. verb. dispensatio. num. 23. vers. dispensatio quatenus. Felin. cap. postulasti. num. 13. limitatione 7. de rescript. Gambaria de auctoritate legat. lib. 10. num. 262. Loazes de matrimonio. Regis Anglia; dubio 2. in 2. fundamento pro parte affirmanti. num. 29. Veracruz. 1. part. Speculi. art. 44. pag. 5. paulo ante 2. dubium. Borgafius de irregularitate. par. 2. tit. de interpretatione dispensationis. num. 23. Idque probant ex cap. quod di-

lectio, de consanguin. vbi legati potestas ad dispensandum in certo consanguinitatis gradu, restringitur causa vitandi scandali ad casum, quo uterque contrahens distat aequè à stirpe. Ergo à contrario sensu, si non esset scandalum, ea dispensatio amplius esset. Secundo, quia extraneus, nuper, Clementis VI. relata à Calderino consil. 1. num. vnico, de consanguin. decidit dispensationem in quarto gradu consanguinitatis, porrigit ad quartum cum tertio coniundum, qui est casus mixtus. Sed hæc limitatio merito rejicitur à Gutierrez quæst. canon. lib. 2. cap. 15. num. 127. & duplici sequenti. Quod nullo iure probetur nam (vt bene ait Aretius. l. 2. in principio num. 2. ff. de verb. obligat.) ex eo quod dicitur cap. quod dilectio, restringatur ea dispensatio ratione consuetudinis, & scandali, sequitur eis seclusus esse veram extensionem. Verum est enim tunc gradum mixtum exterrito, & quanto comprehendi sub quarto simpliciter non tamen id euenit, eo quod extendenda sit ea dispensatio: sed quia ex natura sua is solus gradus est, quo remotior distat à stirpe. Et eodem modo soluitur dict. extraneus, nuper. Præterea, quia dispensationem in causa coniugali, odiosam, & stricti iuris appellat Holtiens. cap. quia circa. num. 2. de consang. & ibi Ioann. Andree. num. 7. Anton. num. 6. Cardin. num. vnico, oppositione 1. Anchar. num. 4. fin. Dominicus consil. 33. num. 8. & 9. Corneus consil. 201. num. 8. vol. 2. Rota in nouissimis, tomo 3. lib. 1. decisione 117. num. 3. & lib. 2. decis. 70. num. 2.

31
Ex dictis omnibus deducitur, quid dicendum sit in ea questione, an in dispensationibus locum habeat argumentum à paritate rationis, vel à maiori ad minus: ita vt in ijs extensio fiat à casu, in quo est par, aut minor ratio, ad casum in quo est eadem, aut maior concessio nis ratio? Decius cap. quia in tantum, noua editione à num. 15. vsque ad 19. de præbend. & regula non debet cui 21. num. 6. ff. de regul. iuris, & consil. 76. ad finem, volumine 1. & cap. at si clerici. §. de adulterijs, in noua editione, num. 87. de iudic. & Hippolitus repetit. ad eundem. §. num. 86. & 87. Francus cap. cui de non sacerdotali. num. 5. notabili vltimo, de præben. in 6. Gambara de authorit. legati, lib. 10. num. 264. fin. Borgasius de irregul. par. 2. tit. de differentijs diuersorum terminorum. num. 11. sufficiunt id argumentum valere: & latè id probat Decius, contrarijsq;

respondet. Potissimum fundamentum est, quod in re penali, & sic odiosa, id argumentum locum habeat: vt probat. l. neque in ea. 22. ff. ad l. Iulian. de adulter. l. ibi: Sed qui occidere potest adulterum, multo magis cum sumelia poterit eum iure afficere. Quod Barto. ibi, in fine dicit valde notandum. Idem probatur ex. l. in suis. 11. in principio. ff. de liber. & posthum. vbi probatur habentem potestatem, & vitæ, & necis alicuius, habere quoque in bonis ipsius potestatem. Ex quo textu argumentum Doctores ducunt ad licitam banniti spoliacionem, quod licet interfici valeat. Et ita arguit Glossa cap. in literis. verb. prædo, in fine, de restitut. spoliat. vbi cum textus doceat prædonem ante omnia restituendum, limitari nisi talis sit prædo, cuius vitæ nemo parere debet, quasi tunc interfectio existenti licita, à fortiori sit spoliatio. Præterea, valere argumentum à maiori probatur ex cap. ex parte tua, de decim. vbi priuilegium super decimis non soluendum concessum Ecclesiasticis, extenditur ad noualia. Et ea ratio redditur in textu, ibi: Quia vbi minus conceditur, minus concessum esse videtur. Deinde, quia cap. per venerabilem, qui filij sint legit. hoc argumentum valet Pontifex, ibi: Quod in maiori conceditur, licitum esse videtur, & in minori. Et fit ibi hoc argumentum à maiori ad minus in diuersa specie, vt à spiritualibus ad temporalia: & non solum à maiori, sed à simili arguit Pontifex, ibi: Per simile quoque. Et eo vel maxime, quod legitimatio est multo odiosa: vt potè, quæ ius legitimorum minuit.

32
Sed quauis hoc probabile sit, non est recedendum à cõmuni, & receptissima sententia neganti id argumentum procedere in dispensationibus: atq; adeo in ijs fallere regulam, cui licet. 53. de regul. iuris, in 6. sic dicentem: Cui licet quod est plus, licet vtiq; quod est minus. Ducitur hæc sententia ex regula, quæ à iure, de regul. iuris, in 6. ibi: Quæ à iure communi exorbitant minime sunt ad cõsequentiam trahenda. Cum ergo dispensatio sit huiusmodi, & non valet in ea argumentum à minori. Secundo ex cap. finali, de trãslat. Episcop. vbi dispensatio, vt quis ad Archiepiscopatum promouetur, non extenditur ad Episcopatum, & cæci de non Sacerdotali, de præb. in 6. vbi deciditur cum cui integræ præbendam conferri mandatur, non potè recipere dimidiã, licet in ea Ecclesia sint integræ, ac dimidiæ præbendæ: & si mandatur conferri præbendam certi

valoris,

valoris, nõ posse minoris valoris recipere. Nõc obstant argumenta. nu. præcedenti adducta. Quia duo priora responderi Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 11. eos textus loquuntur in concessio nibus à lege, vel canone indubis, quæ latè interpretadæ sunt: (vt diximus nu. 7.) non autem in ijs, quæ à Principe priuatiuè fiunt. Ad cap. per venerabilem, die cõ Abbate ibi nu. 6. & Felino consil. nu. 5. de Simon. esse allegacionem partis, ac prouide nil probare. Vel 2. die esse quædam huius regula limitatione. (vt nu. sequenti dicemus.) Et idè hanc sententiam tuentur Speculator. tit. de dispensatione. §. dicendum restat. nu. 16. & Ios. Andree addit. ad eundem, eodem tit. §. vltim. verb. dispensatum, & d. regula, quæ à iure. & cap. postulasti. nu. 11. de rescript. vbi Hostien. nu. 12. Anton. nu. 8. Bellem. nu. 3. Barbat. nu. 7. Felin. nu. 8. post. 6. declaratione. vers. regula est, & c. fin. nu. 4. concl. 2. de Simon. Abb. cad. aures. nu. 7. de rescript. & cap. Ioann. nu. 8. de cleric. coniug. & c. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 8. de iudic. Cardin. d. c. per venerabilem. nu. 9. q. 1. Oldrad. consil. 215. nu. 7. Federicus consil. 4. Domin. consil. nu. 13. Aretin. nu. 1. Escon. l. 2. in principio. nu. 2. q. ff. de vulgar. & il. beneficium. nu. 3. ff. de constit. Principi. & l. omnium. nu. 13. C. de testam. Berolius. c. super eo. nu. 13. de vitur. & c. ad aures. nu. 29. de rescript. vbi Ripa. nu. 39. Milis in repertorio, litera D. verb. dispensatio. nu. 23. vers. dispensatio in maiori. Rebu. in concordatis. tit. de forma mandati Apostolici, super verb. dispensationum. vers. iusta dispensationis. Gygas de pensionibus. q. 18. ad fin. Paritius consil. 88. nu. 20. lib. 4. Euerard. loco à mideri. nu. 4. Bernar. Diaz. regula 99. vbi Salcedo in addit. Gambara de authorit. legati, lib. 10. nu. 211. Loszes de matrimo. Regis Angliæ, dubio 2. in 2. fundamento partis affirmantis. nu. 29. Nata consil. 179. nu. 27. & consil. 504. nu. 4. & Sylues. verb. beneficium. q. 4. nu. 8. sine, & q. 12. Tabiena. verb. beneficium. q. 17. nu. 20. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 11. Mandosius regula 20. cancellariæ. q. 7. nu. 10. & in praxi signatura. tit. dispensationes. verb. in materia dispensationum. Villalobos in suis cõmunibus, litera D. nu. 90. Carrerius lib. 3.

de sponfal. c. 3. sine. Sarmiento de reddit. 4. p. c. 4. nu. 5. Molina lib. 2. de primog. c. 4. num. 48. & 49. Maiolus lib. 5. de irregul. c. 51. nu. 10. Menoch. consil. 72. nu. 11. vol. 1. Anastasius Germonius de indultis Cardinalium. §. nec non quorumcumq; nu. 17. Stunica de voto. q. 6. nu. 56. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 8. l. 10. Glossa 1. nu. 1. Borgasius de irregul. p. 2. tit. de interpretatione dispensationis. nu. 17. Gutierrez. q. canon. lib. 2. c. 15. nu. 124. 126. Brunorus in suo cõpendio, litera D. verb. dispensationes sunt odiosæ. Et ex Thèologis, Molina tomo 3. de iust. disput. 591. nu. 2. Beia in suis responsis, casu 45. ad fin. Ludou. Lopez. 2. p. in situ. & vbi de clauibus, c. 9. col. 5.

33
At hæc regula temperanda est primò, vt procedat in dispensationibus odiosis, vt ad plura beneficia: secus in fauorabilibus; & quæ non odiosa sunt: vt in dispensatione illegitimi ad ordines. per cap. per venerabilem, qui filij sint legit. vbi Pontifex hoc argumento vitur in legitimatione, quæ non odiosa, sed fauorabilis est, ob filiorum fauorem; & præiudicium aliorum, ad quos hæreditas pertinet, iura parui pendunt. Cum talis spes sit potius iure odiosa. l. post emancipationem. ff. de legatis. Sic Ioann. Andr. cap. postulasti. nu. 11. de rescript. & ibi Hostien. nu. 12. Anton. nu. 8. Amola. nu. 12. Bellem. nu. 3. Abbas. cad. aures. nu. 8. de rescript. & capat si clerici. §. de adulterijs. no. 8. de iudic. & ibi Decius in noua editione à nu. 91. Hippolitus. nu. 92. Barbat. nu. 7. Felin. consil. nu. 5. de Simon. Berolius. c. ad aures. nu. 29. de rescript. Loazes nu. præcedenti allegatus. Sed hæc limitacionem reprobat idem Felin. d. cap. postulasti. nu. 9. limitatione 2. & dicit §. de adulterijs. nu. 16. eò quod semper dispensatio sit odiosa, vt potè, quæ semper ius commune violat: in quo odium eius fundatur. (vt diximus num. 4.) Secundo potest opponi. cap. quod dilectio, de consanguin. vbi quantum agatur de fauore matrimonij, qui multus est: at fit in dispensatione interpretatio stricta, & idè deciditur ibi dispensationem in certo gradu, vt in quarto, non extendi ad mixtum exterritio eum quarto: sed tantum intelligi, quãdo uterq; contrahens æquè distat à stirpe. Sed merito Felinum reprobatos iustinet prædictam limitationem Decius, & Hippolitus proximè allegati. Quia dispensatio fauorabilis potest dici, vbi agitur de publico religionis fauore, vel animæ. Quia ipse in talibus euentibus extensio fit etiam

in

in materia exorbitanti: Quod vulneratio-
narius communis facta per dispensatio-
nem preponderet subiecta materia: vt pro-
bat Euerardus loco à ratione legis genera-
li. nu. 50. & 61. Nec obstat casus cap. quod
dilectio, non enim innititur ea decisio in-
terpretationi strictè faciendæ dispensatio-
nis, sed ratione consuetudinis, quæ in eo
loco vigeat, ex cuius violatione scanda-
lum onebatur, id ibi decisum est. Quod
constat ex fine eiusdem textus, vbi decisi-
onis redditur ratio sic. *Consuetudine ducimus
multitudinem, & obseruata consuetudine defe-
rendam, quam aliud in dispensationem, & scanda-
lum populi facerendum.* Et ita tradunt ibi
Glossa. verb. vterque, Innocent. sine, Ab-
bas num. 7. Imola. l. 2. in principio. num. 2.
ff. de verb. oblig. & ibi Romanus num. 62.
Aretinus num. 2. Felinus. d. c. cap. postu-
lasti. num. 9. & cap. fin. num. 8. de Simon.
Corneyus cõsil. 201. num. 15. volum. 2. Co-
uar. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 12.
Veracr. append. art. 49. p. Speculi. pa-
gina 99. & 1. p. Speculi. art. 44. pagina 4. Pe-
trus de Ledesma de matrim. quæst. 54. art.
2. ad finem.

34 Secundò temperatur, vt valeat id argu-
mentum à maiori, quòdo casus, in quo dis-
pensatur, rationem expressam concessio-
nis continet. Tunc enim extenditur ad ca-
sum non expressum, vbi reperitur eadem
ratio. Quia iuxta doctrinam Glossæ com-
muniter receptæ. cap. 1. verb. Italia, de tem-
por. ordin. in 6. hoc non est extensio, sed
declaratio, qua declaratur includi eum ca-
sum expressam dispensantis mente. Sic Ab-
bas cap. at si clerici. §. de adulterijs. num. 8.
de iudic. & ibi Decius in noua editione, li-
mitatione 1. num. 89. & 90. Hippolitus nu-
me. 88. Ripa. cap. ad aures. num. 41. de re-
script. Manuel. quæst. regular. tomo 2. q.
46. art. 11. Nec obstat Felinus discedere
ab hac limitatione. cap. postulasti. num. 9.
limitatione 1. de rescript. Et ducitur, quia
si non extenditur dispensatio à maiortate
rationis, à fortiori, nec ab identitate. Sed
bene responderi Decius, quando est ratio
expressa in lege, non esse propriè extensio-
nem, sed tantum quando à similitudine, vel
maiortate rationis non expressæ argumen-
tum ducitur.

35 Tertiò temperatur, quando id minus
est annexum, vel inclusum in maiori tan-
quam pars eius, vel ab eo inseparabile: tunc
enim dispensatio in casu maiori extendi-
tur ad minorem. Quia concessio toto par-

tes concessa videntur. Vt dispensatio ad
Sacerdotium extenditur ad omnes ordines
inferiores. Sic Ioann. Andr. addit. ad Spec-
cul. tit. de dispensatione. §. finali. verb. dis-
pensatum. Hostien. cap. postulasti. nu. 12.
de rescript. & ibi idem Ioann. Andr. num.
11. Anton. num. 8. Imola num. 11. & 14. Bar-
bat. num. 7. Bellem. num. 3. idem Anton. c.
litteras. num. 10. de fili. presby. & ibi Abbas
num. 6. Milis in repertorio, litera D. nu. 23.
verb. dispensatio. versic. dispensatio licet
tanquam odiosa. Francus. cap. cui de non
Sacerdotali. num. 5. de prab. in 6. Probus
addit. ad Monachum. cap. vnico. num. 9. &
10. de ætat. & qual. in 6. Felinus cap. finali.
num. 5. de Simon. & cap. at si clerici. §. de
adulterijs. num. 17. de iudic. Sarmiento de
reddit. 4. part. cap. 4. num. 5. Maiolus lib. 5.
de irregul. cap. 51. num. 10. & lib. 4. c. 8. nu.
7. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 7. c.
14. num. 17. & lib. 6. c. 1. num. 20.

36 Quartò temperatur, vt non valeat argu-
mentum à maiori in dispensationibus ab
homine concessis, secus in ijs, quæ à cano-
ne, vel lege inducuntur. Quia illæ strictè
hæc verò largè interpretandæ sunt. (vt dixi-
mus num. 7.) Sic Couarr. 4. decret. 2. p. c.
8. §. 8. nu. 11. Ludou. Lopez. 2. p. instruct.
vbi de clauibus. c. 9. col. 5.

37 Tandem limita, vt regula procedat quò-
do maius & minus sunt in diuersis generi-
bus: secus si vtrumque; sit in eodem genere:
tunc enim dispensatio in maiori verba præ-
gnantia habens extenditur ad minus. Sic
Oldradus consil. 215. num. 7. Felin. cap. po-
stulasti. num. 13. sine, limitatione 8. de re-
script. Borgasius de irregular. par. 2. tit. de
interpretatione dispensationis. num. 17.

38 Hinc deducitur, Episcopum, aut mona-
chum, cui cõcedit Pontifex testandi facul-
tatem, posse quoque codicillum facere, aut
causa mortis donare. Quia hæc sunt partes
vltimæ voluntatis, quæ concessio testamen-
to conceduntur. Vt probatur ex l. Marcellus.
ff. de donat. causa mortis. ibi: *Nam & mor-
tis causa donare poteris, cui testari concessum
est.* Atque ita reprobat Socino iunior, qui
contrarium tenuit consil. 13. nu. 12. & 13. &
consil. 89. nu. 31. lib. 1. tenent Nauar. apolo-
gia ad lib. de reddit. q. 3. monito 7. 9. & 10.
Mandofius latijus probans de signaturæ gra-
tia. verb. licentia testandi. vers. alia etiam
ambiguas. Sarmiento de reddit. p. 4. c. 4.
nu. 5. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 21. nu.
6. & c. 30. nu. 7. & in h. Molina tomo 1. de
iust. tract. 2. disput. 14. ad finem.

39 Secundò inferitur, concessionem ouo-
rum extendi ad lac, & caseum. Sic Henri-
quez lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 3. cum
reddens rationem, quòd minus sit. Sed hæc
ratio displicet, non enim video quo pacto
sit minus. Quare rationem legitimam esse
censeo, quia vnica, & indiuidua est prohibi-
tio ouorum, & lactiniorum, eò quòd se-
mentinam originem à carnibus trahant: si-
cut est voica, & indiuidua prohibitio om-
nium carniam. Quòd constat ex c. deni-
q. 2. d. vbi hæc prohibitio continetur his
verbis. *Par autem est, vt nos, qui his diebus à
carnibus animalium abstinemus, ab omnib' quoque;*

que semetina trahit originem carnis abstinea-
mus: à lacte videlicet, caseo, & ouis. Sicut ergo
is cui ratione morbi conceditur vt auem
edat, non erit reus præcepti quibuscumque;
carnibus vescens: sic cui ouorum elusus cõ-
ceditur, cæterorum quoque; lactiniorum
vlus licet. Similiter cui elusus carniam con-
ceditur, subinde ouorum, & lactiniorum
vlus permittitur. Quòd rotaturatio
prohibitionis horum sit, eò quòd à carni-
bus semetina originem trahant. Atque
ita pendet prohibitio hæc à carniam prohi-
bitione: sublata ergo principali prohibi-
tione tollitur accessoria.

DISPUTATIO SECUNDA.

An Potestas dispensandi sit latè interpretanda?

SUMMARIVM.

Potestas dispensandi est latè interpretanda.
An ad solos casus adaptabile, & comprehensos
sub lata verbi significatione extendatur, &
in quibus est eadem, vel maior ratio, licet
sint separabiles inum. 2.
Quid, si cõcedit in damnum tertij, & an potestas
conferendi beneficia extendatur. num. 3.
Quid, si consuetudine indita sit certa inter-
pretatio in eam etiam. num. 4.
An extendatur ad dispensandum in iure natu-
rali, vel diuino. num. 5.
An extendatur, quando conceditur ad dispen-
sandum cum certis personis. num. 6.
An privilegia bullæ, & libelli sint strictè intel-
ligenda. num. 7.
Potestas dispensandi concessa Episcopo circa be-
neficia, an ad simplicia restringatur. num. 8.
Quid, vbi est dubium, an dispensatio, vel dis-
pendi potestas extendatur ad casum? nume-
ro 9.
Potestas dispensandi capituli sede vacante an
extendatur ad casus occultos commissos Epis-
copo in Trid. sess. 24. cap. 6. & ad casus com-
missos Episcopis in Trident. tanquam delega-
tis Sedis Apostolicæ, & an ea sit potestas ac-
legata. num. 10.
An ea videntur in facris competere Episcopis
non dum consecratis? num. 11.
An ea facultas sit odiosa, ac restringenda, nec
competerit Episcopo ante Trid. Et compe-
tat alijs habentibus iurisdictionem quasi E-

piscopalem, & subditi horum possint in his
casibus adire Episcopum? numero 12.
An superiores religionis, erga religiosis gau-
deant ea facultate? numero 13.
An potestas dispensandi in votis, vel iuramentis,
extendatur ad ea commutanda? Refertur
quædam sententia. num. 14.
Proponitur sententia Authoris. num. 16.
An potestas circa vota, extendatur ad iura-
menta? Refertur duplex opinio num. 16. 17.
Proponitur sententia Authoris. num. 18.
An facultas circa iuramenta soli Deo facta ex-
tendatur ad vota? num. 19.
An ea facultas extendatur ad iuramentum, in qui-
bus est turpitudinis in recipiente? num. 20.
An facultas circa vota extendatur ad votum,
& iuramentum simul expressè facta? Refertur
duplex sententia. num. 21. 22.
Proponitur sententia Authoris. num. 23.
An sit subreptitia dispensatio voti, tacito iura-
mento: vel iuramenti tacito voto: vel falso
proponatur votum, cum sit iuramentum: vel
est contra: vel falso dicatur esse alterum vin-
culum solum, cum sit vtrumque? num. 24.
An sit necessaria mentio in dispensatione repe-
titionis voti, vel iuramenti? num. 25.
Soluntur argumenta. num. 26.
An potens legitimare adulterium, & ince-
stuosum, possit laborantem vtroque, ritio si-
mul? Refertur quedam sententia. numero
28.
Proponitur sententia Authoris. num. 28.
Quid, si in partu fauore ea potestas concessa
sit? num. 29.